

Cornelis Martini


**CARMINA GRATVLATORIA || In honorem pietate, virtute & eru-||dione
praestantissimi, Dn.|| PETRI PAAW || AMSTELDAMAEI,|| Cùm gradum Doctoris in
arte medica Ro-||stochij sub eiusdem facultatis Decano,|| D.D. LEVINO BATTO ||
Gandauensi, assumeret:|| Scripta à || CORNELIO MARTINO || Antuerpiensi.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1587

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740777654>

Druck Freier  Zugang





100

2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more //~~

69-2065 1-30


<nos>



Physiologie des Menschen

- 4 -





CARMINA GRATVLATORIA

21.

In honorem pietate, virtute & eru-
ditione præstantissimi, Dn.

PETRI PAAW
AMSTELDAMÆI,

*Cum gradum Doctoris in arte medica Ro-
stochij sub eiusdem facultatis Decano,
D.D. LEVINO BATTO
Gandauensi, assumeret:*

Scripta à

CORNELIO MARTINO
Antuerpiensi.



Rostochij Typis Myliandrinis.

ANNO

M. D. LXXXVII.



יִתֵּן יְהוָה לֵלֵךְ אֶגְנוֹשׁ שְׂכָל
לֹא כִי בְּשִׁלוֹתָא וּמִסְכָּל
הִמָּה כִּבְל־זִמְיוֹ בְּכֹל־חַיּוֹ
יִחַיו וּבְחֶשֶׁךְ יִכְתְּשׁוּ עִתּוֹ:
אֱלֹהִים לְהִקְשִׁיב חֲכָמוֹת אֲתָהֶם
בְּרָא יְהוָה אֵל אֲדֹנָיִם:
אֲךָ כִּי דִרְשִׁים חֲכָמָה קִשִּׁים
עֲשֵׂה אֲשֶׁר יוֹשֵׁב בְּשָׁמַיִם:
רִבִּים אֲוִלִּים עֲזָבוּ אֲדָחוֹת
יֹשֶׁר וּבִדְרוֹךְ הוֹלְכִים חֲטָאתָ:
אֵין כְּמוֹ אֲתָה אֲשֶׁר דַּעַה
דֹרֵשׁ וּמוֹצֵא מִגְדוֹל זַעֲה:
עוֹמֵד בְּלֹאוֹת כֹּאֲשֶׁר **כִּיפָה**
חֹק וְלֹא הָאֵזֶן בְּכֹל־סִפָּה:
עַל כֵּן כִּתְּוִיָּה יוֹתֵר בְּכֹל־יִפָּה
עַל בְּעֵלֵי כִנְף כֶּשֶׁשׁ יוֹפָה:
כֵּן גַּם בְּחִבְרִים לֶךְ אֲלִיזֵן
אֲתָה וְנֹא לֹקַח מְקוֹם רֵאשׁוֹן:
אֲשֶׁרֵי שְׁלֹשׁ אֲשֶׁרֵי מֵאֵד אֲשֶׁרֵי
כִּיֹן כֹּל־אֶגְנוֹשׁ אֲתָה מֵאֵד אֲשֶׁרֵי:
יִתֵּן יְהוָה אֵל בְּשָׁמַיִם
שְׁלוֹם לֶךְ עִתָּה וּבְעוֹלָמַיִם:



Idem carmine Latino Iambico Trimetro.

Rationis homini lumen in seuit Deus
Ut ne per ignorantiam, perq³ otium
Misere miser vitam misellam transeat:
Verum bonas vigili labore artes colat,
Sectetur, inuestiget: atq³ ut perpetem,
Solis in illis totus, etatem terat.

Sed cum sit aspris sentibus poenè inuia,
Qua ducit ad prudentia culmen, via:
Multi, grauis quos terret aut frangit labor,
Ad blanda se vertunt malorum deuia.

His tu quidem dissimilis, aliam persequi
Ineunte ab auro niteris sapientiam,
Infractus animo: PETRA ceu Marpesia
Nullis mouetur flatibus, nullo impetu.

Ergò volucres inter ut PAVO nitet
Pulcherrimus, byssiq³ splendore emicat:
Sic inter aequales modo insigni tuos
Virtute fulges, & locum primum occupas.

O te beatum, ter beatum! o maxime
Tam sorte vincentem benigna ceteros!
Dei magnus alii rector & princeps poli,
Æuo perenni te bonis tantis frui.

PARODIA
ad Phafellum Catulli.

Hic ille Candidatus, incluti hospites,
Ait fuisse Belgici iubar soli;
Neq; vllius ruentis impetum ingen
Nequisse præterire, siue serijs
Opus foret probare, siue ludicris:
Et hoc negat ferocis ampla Gallia
Negare regna, & insulas Britannia,
Solumq; Battauum, horridamq; Daniam,
Sinumq; Balthicum, plagamq; Teutonum:
Vbi iste Candidatus antea fuit
Decus iuuentæ; in vrbe namq; Leidica
Stupens amavit eius indolem schola.
Niualis Amstela, atq; Rene spumifer,
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Fatetur idem, & vltima ex puertia
Tuo rigasse dicit ora nectare,
Tuo abluisse corpus omne flumine:
Et inde Varnica in Rhodo tot ex rosis
Tulisse ferta: rubra, siue candida
Micaret hortulo, aut vtramq; Iuppiter
Simul serenus extulisset è rubo:
Nec vlla vota Litteralibus Dijs
Sibi esse facta, dum vigeret in Rhodo
Rosæ instar, hunc ad vsq; candidum diem,
Sed hæc prius fuere; nunc Iatricò
Cluitq; honore, seq; dedicat tibi
Parens Apollo, & alme nate Apollinis.

ELEGIA.

E L E G I A.

Viderat immergi civili sanguine Belgas,
 Belgas delictum, Cynthius, Aonidum:
 Viderat effuso ferrum gaudere cruore:
 Viderat in pestem perniciemq; hominum
 Incubuisse omni Martem Mortamq; labore,
 Ditarent Stygium ut perpetuo are senem:
 Ciuicum & externo mistum sorbere cruorem
 Terram, quæ dijs incluta erat studijs.
 Ingemuit, Fortemq; Deus miseratus acerbam,
 Hei mihi quò, dixit, Belgica quò raperis?
 Dulce solum, dulces animæ, mea summa voluptas,
 Quæ vos precipites tam grauis ira agitat?
 Quid ferrum, quidue arma iuuant? deponite Belgæ
 Tela; decent vestras hæc magè plectra manus.
 Bella gerant Parthi, diris Thrax sudet in armis,
 Sarmataq; epro sæpè vehendus equo:
 Aut Lapithæ, Bacchi stultum genus, effera turba,
 Alternis queis mens ludere stat iugulis.
 Vos inuict aut doctis vultum impallescere chartis,
 Et varijs animum pascere ab historijs:
 Aut priscos ritus, priscos reuocare lepores,
 Quos Libitina suâ deprimat inuidiâ:
 Abdita vel diæ Themidos mysteria luci
 Reddere, & astricolæ munia Iustitiæ:
 Vel medicas (mea cura) artes, viresq; potentium
 Herbarum abstrusus eruere è tenebris.
 Hei mihi! Perpetuum hîc Heliconæ, hîc Thespiæ vura,
 Bellerophonæas hîc mihi rebar aquas.
 Parnassus non gratus erat, non Thessala tempe,
 Nulla mihi Pindi cura, nec Arcadiæ.

Hic mihi tranquillam spondebam mente quietem:
 Belgica Parnassus, Belgica Pindus erat.
 Ut rosa, floriferis quæ candida nascitur hortis,
 Omne genus florum nobilium superat:
 Belgica sic reliquas inter pulcherrima terras,
 Sola meis quondam digna coli studijs.
 Ast nunc dira lues Martis, fera mœnra belli,
 Te mihi, meq; tibi (proh dolor) eripiunt.
 Fatales nimium Parca, quæis parcere nulli
 Mens sedet: heu mystis inuida turba meis!
 Siccine in interitum ferri tenerum orbis ocellum?
 Sic ne à stirpe orbis procubuisse forum?
 Nec pietas, nec cana fides, nec candida virtus
 Hanc potuere atris eripere inferijs?
 Sic est. Parcarum hæc ludibria, vel mage dicam
 Inuidia, hæud ullis fleclier obsequijs
 Quæ potis est: nec si diuûm rex Iuppiter ipse
 Hanc cupiat, poterit soluere ab interitu.
 Ergo etiam tu Belgica obis, nos cara relinquis
 Belgica, fatali sorte perempta iacens,
 Et nos hinc alios alibi conquirere colles
 Cogimur, & suetos vertere rursus agros.
 Cogimur hinc alios alibi conquirere colles,
 Cogimur heu suetos vertere rursus agros:
 Et vel sub gelido Capricorni sidere, vel sub
 Flammifera Cancrî sede, habitanda domus.
 Siue tamen Cancer teneat nos, seu Capricornus:
 Aut sol quæ insilit, aut quæ exsilit Oceano:
 Belgica te cernam, tu me comitabere semper
 Belgica: eris alio visa renata solo.
 Dixerat; & rapido tranans purum athera curru
 Ingentis terra cœpit obire globum.

Atq;


Atq; tuas penetrans diues Germania terras,
 Hic sibi iam sedem figere constituit.
 Et cum constituit, Belgas huc transtulit; illos,
 Quis chalybe effinxit de meliore animum.
 Ergo ego te hic video BRVCÆE amor intime Phœbi,
 BRVCÆE sonidum cor, anime atq; anima.
 BRVCÆE Asclepi decus immortale; Galeni
 Cui credam immigrasse aut animam Hippocrati.
 Quem Physicum herba solo, Medicum morbi, astra fatentur
 Insignem Vranies ex genere Astronomum.
 Te quoq; te hic video gelido sub sidere, BATTE,
 Quem docta hæc eadem Belgica progeniuit.
 Te quem prima tuâ madidum de matre cadentem
 Excepit dio dia Salus gremio.
 Te quem diuino lactarunt lacte Camœna,
 Nutriit in Paphio blanda Venus nemore:
 Herbarum cui vim miram cognoscere Phœbus,
 Morborumq; vices scire dedit varias.
 Tu quoq; noster amor, Musarum blanda voluptas
 PETRE, & fatidici maxima cura Dei,
 Hic ades, &, pridem qua iam tibi debita, lauri
 Digna Machaonioserta petis capiti.
 Sertapetis capiti, & capiti sersserta: vides ne
 Laurealaurigeroserta parata Deo?
 Ipsa tibi virides neclit Medicina corollas:
 Plectit odoriferas diua Hygiea rosas,
 Adijcit & Panacen & viuaces Amaranthos,
 Perpetuum charo dulce decus capiti.
 Lata Salus, lato late agmine circumsepta,
 Dulcia dulcisona murmura voce iterat.
 Inde Coronides lateri sociatus euntis,
 Aurea cui neclit fibula casariem;


Altior


Altior ingreditur, tantoq; exultat alumno,
 Teq; suum gaudet, seq; cluere tuum.
 Mox Venus, atq; Ioci, Lepor, & nullo indiga Virtus,
 Sanctaq; se Charitum triga tibi associant.
 Macle tuis animis, inuenis doctissime, macle:
 O patria columen, stella serena, mea.
 Dū faciant, securo tuo sic cuncta labore
 Stent, immota velut Cos stetit Hippocrate.
 Et facient: Tu nostra hilari modò carmina vultu
 Accipe, sinceræ pignus amicitia.

AD EVNDEM EPIGRAMMA
 Valentini Acidalij VVistochiensis.


Ἀρξομένη μοι, ΠΕΤΡΕ, τὸν γλυκῶ ὕμνον ἀείδειν,
 ὑψώσῃ τε κλέῳ ᾧ χαρίεντι μέλει:
 Μουσουργέτης Φοῖβε, ζωὴ εἴς Μούσησι παρέση,
 καὶ σὸ μῦθ' ἀμβροσίῳ φθέρῃσιν ἔπιπῃ.
 Τὶ σπουδῇ τίσῃ εἶχες εἰς Ἑλικωνίδα πηγῶ;
 εἰ τούτοις ΠΕΤΡῶ καὶ σὺ μέλισμα ἔμῳ;
 Ἄηθ' κενὴς σπουδῆς, καμάτου δ' ἄπολλοι καταίον:
 πλείεστα γὰρ οἱ ἄλλων κάλλιμά ἐστι μέλη.
 Καὶ τί τὸσον σπύδουσ' ἄλλοι κλυτὸν ὕμνον ὑφαίνουσ;
 εἰ κλέῳ ὅκ' μούνης φέρτατον ὕμνου ἔχει;
 σὺκ' ἄρα γ' ἡμετέρῳ δωρήματι κῦδος ἄριστον,
 ἄφθιτον, ἀθάνατον πάντοτε ΠΕΤΡΟΣ ἔχῃ.
 ὡς φάτι. Εἰ γὰρ δὲ, ἐπεὶ μηδὲν μὲ ἐκέλευσε γραφεῖσθαι,
 τοῦτ' ἔμπης, μηδὲν γραφέναι, αὐτὸ γραφῶ.
 ἦ δὲ ἄμα σοὶ ζωὴ πανακίρατον εὐχομαι, αἴης
 παλῆιδ' ὑψιφανὲς, ΒΕΛΓΙΚΟῦ, ἄστρον ἔμην.







In squallor
Lug
Ante alios
Ex t
Precipue
O cæt
Namq lic
Contra
Iam tamen
Assia
Crediderim
Adspi
Nati, qui,
Nomi
Sed quoq c
Cunct
Non pote er
Natu
Abstineat,
Tanqu
Quid referat
Qui P
Atq, mihi h
Visus es
Attamen ha
Heu qu



bro se quisq, peremptum
ata! perciti amaritie:
par, VLRICE, Sororum
os mentis inopsq, obitu;
baebi mysta Caseli,
unice Palladii.
septum noxia pectus
utriusq, fiet:
pressum nube doloris,
fleu habuisse genas
ultim cum flebile corpus
am feretro impositum,
d te Patrio donarat
utra tibi carus erat:
lli in vultum serpere tabes,
veneno inficere occiperet.
t, matris, ut, insita quisquis
semina, cordolio
os cadere immaturâ,
lilia falce, videt.
e sient hæc funera cunctis,
ut nomina & Anisim?
amq, ut tibi tempore nullo
VLRICE, mihi fueris:
ad luctu servire Parentis
ui cum mihi prælegeret

Scripta